

HYMNES DE SEXTE

Semaines I et III

Rector potens, verax Deus,
qui tēperas re rum vices,
splendōre mane ínstruis
et ígnibus merídiem.

² Exstíngue flammās lítium,
aufer calórem nóxium,
confer salútem córporum
verámque pacem córdium.

³ Præsta, Pater piíssime,
Patrique compar Unice,
cum Spírítu Paráclito
regnans per omne sáculum.
Amen.

Mâtre puissant, Dieu Vérité,
tu règles la marche du
temps, / tu formes l'aube en sa clar-
té, / au midi tu donnes ses flammes.

Éteins le feu des dissensions, /
calme la fièvre du péché, / apporte à
nos corps la santé, / à nos cœurs, la
paix véritable.

Exauce-nous, Père très bon, / et
toi, le Fils égal au Père, / avec
l'Esprit Consolateur, / régner pour
les siècles des siècles.
Amen.

Semaines II et IV

Dicámus laudes Dómino
fervēte prompti spírítu ;
hora volúta séxies
nos ad orándum próvocat.

² In hac enim fidélibus
veræ salútis glória
beáti Agni hóstia
crucis virtúte rédditur.

³ Cuius luce claríssima
tenébricat merídies,
sumámus toto péctore
tanti splendóris grátiam.

⁴ Deo Patri sit glória
eiúsque soli Fílio
cum Spírítu Paráclito,
in sempitérna sácula. Amen.

Chantons au Seigneur nos lou-
anges / dans l'ardeur d'une âme
empressée : / voici venue la sixième
heure / qui nous invite à la prière.

Car la gloire du vrai salut, / du
sacrifice de l'Agneau, / advient en
cette heure aux croyants / par la
puissance de la croix.

À l'éclat dont elle rayonne, / le
plein midi n'est que ténèbres ; / ac-
cueillons d'un cœur sans réserve /
la grâce de cette splendeur.

À Dieu le Père soit la gloire, / et
gloire à son Unique Fils, / avec
l'Esprit Consolateur, / à travers
l'infini des siècles ! Amen.

VENDREDI À SEXTÉ

Hymne, pages 31-32.

A. || d

Onserva me, Dómine, * quóni- am in te spe-
 rá-vi. E u o u a e. *Quæ non repetitur in psalmo.*

A. Garde-moi, Seigneur, car j'espère en toi.

PSAUME 15

Conserva me, Deus, * quóniam sperávi in te.

Dixi Dómino : « Dóminus meus es tu, * bonum mihi non est sine te ».

In sanctos, qui sunt in terra, ínclitos viros, * omnis volúntas mea in eos.

Multiplicántur dolóres eórum,* qui post deos aliénos accelera-vérunt.

Non effúndam libatiónes eórum de sanguínibus, * neque assúmam nómina eórum in lábiis meis.

Dóminus pars hereditátis meæ et cálicis mei : * tu es qui détines sortem meam.

Garde-moi, mon Dieu : * J'ai fait de toi mon refuge.

J'ai dit au Seigneur : « Tu es mon Dieu ! * je n'ai pas d'autre bonheur que toi ».

Toutes les idoles du pays, * ces dieux que j'aimais,

ne cessent d'étendre leurs ravages, * et l'on se rue à leur suite.

Je n'irai pas leur offrir le sang des sacrifices ; * leur nom ne viendra pas sur mes lèvres !

Seigneur, mon partage et ma coupe : * de toi dépend mon sort.

Funes ceciderunt mihi in præcláris ; * însuper et heréditas mea speciósá est mihi.

Benedícám Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum ; * însuper et in nóctibus erudiérunt me renes mei.

Proponébam Dóminum in conspéctu meo semper ; * quóniam a dextris est mihi, non commovébor.

Propter hoc lætátum est cor meum, et exsultavérunt præcórdia mea ; * însuper et caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno, * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fácies vias vitæ, † plenitúdinem lætítiæ cum vultu tuo, * delectatiónes in dextera tua usque in finem.

La part qui me revient fait mes délices ; * j'ai même le plus bel héritage !

Je bénis le Seigneur qui me conseille : * même la nuit mon cœur m'avertit.

Je garde le Seigneur devant moi sans relâche ; * il est à ma droite : je suis inébranlable.

Mon cœur exulte, mon âme est en fête, * ma chair elle-même repose en confiance :

tu ne peux m'abandonner à la mort * ni laisser ton ami voir la corruption.

Tu m'apprends le chemin de la vie : † devant ta face, débordement de joie ! * À ta droite, éternité de délices !

PSAUME 16

EXáudi, Dómine, iustítiam meam, * inténde deprecatiónem meam.

Auribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolósis.

De vultu tuo iudícium meum pródeat ; * óculi tui vídeant æquitátes.

Proba cor meum et vísitá nocte ; * igne me exámina, et non invénies in me iniquitátem.

SEigneur, écoute la justice ! * Entends ma plainte,

accueille ma prière * mes lèvres ne mentent pas.

De ta face, me viendra la sentence : * tes yeux verront où est le droit.

Tu sondes mon cœur, tu me visites la nuit, * tu m'éprouves, sans rien trouver ;

Non transgréditur os meum ad ópera hóminum, * propter verba labiórur tuórum custodívi me a viis violénti.

Rétine gressus meos in sémitis tuis, * ut non moveántur vestígia mea.

Ego ad te clamávi, quóniam exáudis me, Deus ; * inclína aurem tuam mihi et exáudi verba mea.

Mirífica misericórdias tuas, * qui salvos facis ab insurgéntibus sperántes in dextera tua.

Custódi me ut pupíllam óculi, † sub umbra alárum tuárum protége me * a fácie impiórum, qui me afflixérunt.

Inimíci mei in furóre circumdedérunt me, † ádipem suum conclusérunt ; * os eórum locútum est supérbiam.

Incedéntes nunc circumdedérunt me, * óculos suos statuérunt prostérnere in terram.

Aspéctus eórum quasi leónis paráti ad prædam * et sicut cá tuli leónis recubántis in ábditis.

Exsúrge, Dómine, práveni eum, supplánta eum ; * éripe ánimam meam ab ímpio frámea tua,

a mórtuis manu tua, Dómine, * a mórtuis, quórum defécit pórtio vitæ.

mes pensées n'ont pas franchi mes lèvres. * Pour me conduire selon ta parole, j'ai gardé le chemin prescrit ;

j'ai tenu mes pas sur tes traces : * jamais mon pied n'a trébuché.

Je t'appelle, toi, le Dieu qui répond : * écoute-moi, entends ce que je dis.

Montre les merveilles de ta grâce, * toi qui libères de l'agresseur ceux qui se réfugient sous ta droite.

Garde-moi comme la prunelle de l'œil ; † à l'ombre de tes ailes, cache-moi, * loin des méchants qui m'ont ruiné,

des ennemis mortels qui m'entourent. † Ils s'enferment dans leur suffisance ; * l'arrogance à la bouche, ils parlent.

Ils sont sur mes pas : maintenant ils me cernent, * l'œil sur moi, pour me jeter à terre,

comme des lions prêts au carnage, * de jeunes fauves tapis en embuscade.

Lève-toi, Seigneur, affronte-les, renverse-les ; * par ton épée, libère-moi des méchants.

Que ta main, Seigneur, les exclue d'entre les hommes, * hors de l'humanité, hors de ce monde : tel soit le sort de leur vie !

De recónditis tuis adímpleas ventrem eórum, * saturéntur fílii et dimíttant reliquias párvulis suis.

Ego autem in iustítia vidébo fáciem tuam, * satiábor, cum evigilávero, conspéctu tuo.

Réserve-leur de quoi les rassasier : * que leurs fils en soient saturés, qu'il en reste encore pour leurs enfants !

Et moi, par ta justice, je verrai ta face : * au réveil, je me rassierai de ton visage.

Lecture brève

Semaine I

2 Co 13, 4

Etsi crucifíxus est Christus ex infirmitáte, sed vivit ex virtúte Dei. Nam et nos infírmi sumus in illo, sed vivémus cum eo ex virtúte Dei.

℣ Adhæsit púlveri ánima mea.

℟ Vivífica me secúndum verbum tuum, Dómine.

Certes, le Christ a été crucifié à cause de sa faiblesse, mais il est vivant à cause de la puissance de Dieu. Et nous, nous sommes faibles en union avec lui. Mais nous serons bien vivants avec lui à cause de la puissance de Dieu à votre égard.

℣ Mon âme est collée à la poussière ;

℟ Fais-moi vivre selon ta parole.

Lecture brève

Semaine II

Ba 4, 28-29

Sicut fuit mens vestra, ut errarétis a Deo, convérsi decupláte stúdiúm quæréndi eum ; qui enim indúxit in vos mala, indúcet in vos ætérrnam iucunditátem cum salúte vestra.

℣ Apud Dóminum misericórdia.

℟ Et copiósá apud eum redéemptio.

Votre pensée vous a égarés loin de Dieu ; une fois convertis, mettez dix fois plus d'ardeur à le chercher. Car celui qui a fait venir sur vous ces calamités fera venir sur vous la joie éternelle, en assurant votre salut.

℣ Près du Seigneur est l'amour,

℟ Près de lui abonde le rachat.

Lecture brève

Semaine III

Rm 3, 21-22a

Nunc sine lege iustitia Dei manifestata est, testificata a Lege et Prophetis, iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi, in omnes qui credunt.

℣ Iustitiæ Dómini rectæ, lætificantes corda.

℟ Præceptum Dómini lucidum, illuminans oculos.

Aujourd'hui, indépendamment de la Loi, Dieu a manifesté sa justice qui nous sauve : la Loi et les prophètes en sont déjà témoins. Et cette justice de Dieu, donnée par la foi en Jésus Christ, elle est pour tous ceux qui croient.

℣ Les préceptes du Seigneur sont droits, ils réjouissent le cœur;

℟ Le commandement du Seigneur est limpide, il clarifie le regard.

Lecture brève

Semaine IV

1 Jn 3, 16

In hoc novimus caritatem, quoniam ille pro nobis animam suam posuit ; et nos debemus pro fratribus animas ponere.

℣ Confitemini Dómino quoniam bonus.

℟ Quoniam in sæculum misericordia eius.

Voici à quoi nous avons reconnu l'amour : lui, Jésus, a donné sa vie pour nous. Nous aussi, nous devons donner notre vie pour nos frères.

℣ Rendez grâce au Seigneur, il est bon !

℟ Éternel est son amour !